Año XXXI. JUEVES 2 DE OCTUBRE DE 1890. Núm. 33.

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

OBISPADO DE OSMA.

Apesar de haber publicado varias veces las disposiciones de la Iglesia, relativas á la obligacion, conforme al derecho divino, que los Párrocos tienen de predicar y enseñar la doctrina cristiana, por lo menos en los domingos y dias festivos, disposiciones que todos aquellos deben saber, puesto que esa obligacion la inculcan todos los autores de Teología Moral, Nos ha parecido oportuno insertar en el Boletin la siguiente Resolucion de la Sagrada Congregacion del Concilio. Faltan, pues, grandemente á su deber los Párrocos y Ecónomos que no predican y enseñan la doctrina, segun lo prescribe el Santo Concilio de Trento, en los domingos y dias festivos; y si pueden dejar de predicar en *algunos*, ha de ser, como se vé, con dispensa del Obispo. No se cumple con la obligacion con hacerlo solo en Adviento y Cuaresma, ni de nada sirve la costumbre en contrario, la cual es una reprobable corruptela. Ni tampoco disculpa el tiempo de recoleccion, pues no puede haber disculpa para no predicar catorce ó quince minutos en cualquier tiempo que sea.

Burgo de Osma 28 de Septiembre de 1890.

Pedro Maria, Obispo de Osma.

EX SACRA CONGREGATIONE CONCILII.

Die 1 de Aprilis 1876.

Episcopus B. in relatione status suæ Ecclesiæ ad S. C. Congregationem transmissa die 7 Januarii 1876 hæc exponit:

«Consuetudo viget in hac Diœcesi, qua Parochi, cœteroquin assidui in Verbi Dei prædicatione diebus Dominicis habenda, eam tamen plerique omittunt omnino diebus festis de præcepto infra hebdomadam ocurrentibus. Quo posito ab ista Sacra Congregatione humiliter quærit.—1.° Utrum dicta consuetudo sit toleranda, et quatemus nega-

tive.—2.° Utrum præcipi possit ac debeat Parochis, ut cœteris quoque diebus festis de præcepto infra hebdomadam ocurrentibus, eadem ratione ac Dominicis diebus prædicationis officio incumbant; et quatenus affirmative.—3.° Utrum liceat nonnullos excipere solemniores dies, quibus facultas sit Parochis abstinendi a prædicationis officio.»

DISCEPTATIO SYNODICA.

Comperti juris est consuetudinem rationabilem ac legitime præscriptam esse tolerandam Ipsa enim jure scripto æquiparatur atque vim legis habet *Cap. Cum tanto II De consuet.*, *l. de quibus* 32 *ff. Legibus.* Idque eo vel magis, quia Parochi in themate assidui sunt in Verbi Dei prædicatione diebus Dominicis, ideoque fideles hoc salutari pabulo haud carent.

Verum utrum hujusmodi sit consuetudo, de qua in themate, vehemens dubium exurgit, ipsa enim vergere videtur in præjudicium animarum, cum rarius pusillis frangatur, et veluti subtrahatur esurientibus panis, quo scilicet Verbi Dei prædicatione omnes Parochi ex præcepto divino, ut ait C. Trid. *Sess.* 23 *cap. I de Reform.* tenentur pascere oves sibi commissas, ideoque utpote irrationabilis nihili est habenda. Et optimo sane jure. Licet enim «*Consuetudinis ususque longœvi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat aut legem.*» *Can. Consuetudinis Distinct. II.*

Insuper consuetudo prædicta adversatur nonnullis C. Tridentini capitibus satis clare de hac re verba facientibus. Sane *in Sess.* 5, *cap.* 2 *de Reform.* decernit «ut Parochi vel quicumque curam animarum habentes per se, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, *diebus saltem Dominicis et festis solemnibus* plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, anunciandoque eis cum brevitate et facilitate sermonis vitia quæ eos declinare, et virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, et cœlestem gloriam consequi valeant» *et Sess.* 22 *c.* 8 *de Sacrif. Missœ* «Mandat Pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frecuenter inter Missarum celebrationem vel per per se vel per alios ex iis quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cœtera sanctissimi hujus Sacrificii mysterium aliquod declarent, *diebus præsertim Dominicis et Festis.*» In *Sess.* 24, *c.* 4 *de Ref.* injungit, ut prædicatio ad populum per parochos habeatur saltem *omnibus Dominicis et solemnibus diebus festis*; quod et repetit in ejusdem *Sess cap.* 7 præscribens «ut Parochi inter Missarum solemnia, aut divinorum celebrationem sacra eloquia et salutis monita eadem vernacula lingua *singulis diebus festis vel solemnibus* explanent.... atque eos (parochianos) in Lege Dominici erudire studeant.»

Cum itaque nulla exceptio admitti posse videatur pro diebus festis etiam solemnibus infra hebdomadam, sed omnibus indistincte Domi-

nicis et Diebus festis de præcepto Parochus, nisi legitime inpeditus, teneatur per se verba salutis ad populum habere, sponte veluti sua fuit, quod consuetudo contraria tanquam corruptela sit rejicienda *cap. I de Consuet in* 6, eamque nedum specialiter reprobavit Trid. Syn. *Sess.* 5. *cap.* 2 *de Reform.* verbis illis «*Neque hujus decreti executionem consuetudo impedire valeat*» sed etiam S. m. Innocent. XIII in *Const. Apostolici ministerii*, quam confirmavit Benedict. XIII Const. *In Supremo* 13 *Septembris* 1724, in qua redarguit Parochos qui diebus saltem *Dominicis et festis solemnibus* plebes sibi commissas salutaribus verbis pascere prætermittunt vel ob consuetudinem, vel ob copiam prædicantium in aliis Ecclesiis «culpam huiusmodi a se amoliri nitentes vel prætextu immemorabilis, sed quidem pravæ consuetudinis, vel quia hæc ab ipsis præstari necesse non videatur, suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras conciones in aliis Ecclesiis:» idem docuit f. m. Benedict. XIV, *in Instit.* 10. *num.* 5 *et pluries* declaravit. Hæc S. Congr. *ex gr. Montisfalisci* 8 *Maji* 1706, *Nullius Orbetelli* 28 *Aprilis* 1736, ac præcipue *in Pisana diei* 30 *Augusti* 1817, in qua cum Pisanus Archiepiscopus exposuisset se ut populi præsertim rudis ignorantiæ consuleret, parochos ad familiares conciones inter Missarum solemnia omnibus diebus festis obligavisse, etsi tempore Adventus et Quadragessimæ, quo sacras conciones per præcones ab Ordinario approbatos haberentur, tamen S. Conc. Congr. respondit: «*in casu de quo agitur servandum esse decretum Archiepiscopi:*» videtur igitur haud esse dubitandum ab Episcopo Parochos obstringi posse ad concionem habendam singulis diebus festivis de præcepto maxime cum Trid. Syn. *Sess.* 5, *cap.* 2 *de Reform.* «*providæ pastorali Episcoporum sollicitudini* committat, ne illud impleatur.—*Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis.*—Ier. Trhen. 4.»

Cœterum Parochi de quibus in themate, qui assidui diebus Dominicis, teste Episcopo, explicationi Evangelii incumbunt, non videntur delinquere saltem contra substantiam ac finem præcepti Tridentini, si una vel altera vice, prout diebus festis qui rari infra hebdomadas occurrunt omittant facere verba salutis ad populum sibi commissum. Concilium enim Trid. *Sess.* 23 *cap. I de Reform.* nihil decernit quoad tempus; et quamvis in supradictis decretis mandet, ut Parochi singulis diebus festis verbum Dei prædicent, haud tamen videtur tam rigurose præceptum fuisse, ut ipsis non liceat absque culpa interdum hoc munus omittere ex. gr. si Parochi in audiendis suorum parochianorum Confessionibus essent distenti, vel propter solemnitatem, vel aliam justam ac rationabilem causam. Idque eo vel magis, si prout in themate præsumi forte potest, quod populi, quorum Parochi assiduam explicationi Evangelii operam navant, haud tantopere indigeant pabulo Verbi Dei. Quapropter videretur aliquantisper ipsis esse deferendum; si aliquoties attenta diei solemnitate vel alia de justa ac rationabili causa populum sibi commissum salutaribus verbis haud pascant. Hinc licere videtur nonnullos exci-

pere dies solemniores, quibus facultas sit Parochis abstinendi a prædicationis officio.

His itaque raptim expositis remissum fuit decernere quonam responso essent dimittenda Episcopi B. Postulata.

RESOLUTIO.

Sacra C. Concilii sub I Aprilis 1876 causa cognita responsum dedit: Tenentur Parochi diebus Dominicis et Festis de præcepto Populo sermonem habere juxta Conc Tridentini præscriptionem; attamen erit prudentiæ Episcopi dispensare ab hac ordinatione in aliquibus solemnioribus diebus.

MINISTERIO DE HACIENDA

REAL ÓRDEN.

Excmo. Sr.: Vista la instancia suscrita por el Excmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Santiago y otros Prelados de la provincia eclesiástica compostelana, reclamando contra la aplicacion que viene dándose á la circular de ese Centro directivo de 19 de Enero de 1869 y Real órden de 12 de Abril de 1871, dictadas para la concesion de huertos rectorales:

Resultando que dicha reclamacion se funda en que las expresadas disposiciones limitan la facultad que á la Iglesia otorgó el art. 33 del Concordato de 1851, y el art. 6.° del Convenio con la Santa sede de 25 de Agosto de 1859:

Considerando que por las Delegaciones de Hacienda se están poniendo á la venta fincas de la índole referida, y que existen pendientes de resolucion otras reclamaciones pidiendo la concesion de huertos rectorales, pero fuera del plazo que para el efecto concedió la precitada Real órden de 12 de Abril de 1871, por lo que necesariamente habría que acordar su desestimacion é inmediata enajenacion de las fincas pretendidas;

Y considerando que, por lo expuesto, conviene dictar una medida interina, hasta tanto que se adopte otra definitiva en este asunto;

S. M. el Rey (q. D. g.), y en su nombre la Reina Regente del Reino, de conformidad con esa Direccion general, se ha servido resolver que se abstengan las Delegaciones de Hacienda y ese Centro directivo de disponer la venta de terrenos que constituyan huertos y campos anejos á las casas rectorales, suspendiendo la de aquellos cuya subasta esté anunciada, y que se proceda con actividad á preparar una medida general definitiva.

De Real órden lo digo á V. E. para su inteligencia y efectos oportunos. Dios guarde á V. E. muchos años. Madrid 21 de Agosto de 1890.—*Cos-Gayon.*—Sr. Director general de Propiedades y Derechos del Estado.

Burgo de Osma:—Tipografía de Francisco Jimenez.